AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS. REGULAE MONACHORUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 92r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Milites xpi sic taliter suos debent compone
re gressus. caritate perfectissima inter se continen
tes. dm ex tota anima diligere. et ex tota mente
et ex tota corde. et ex tota uirtute sua. Inuicem inter se perfectis
sima sectantes obedientiam. pacifici. mites. moderati. non superbi.
non iniuriosi. non susurrones. non irrisores. non uerbosi. non presump
tuosi. non sibi placentes. sed ei cui militant xpo. non plaspemias
sectantes nec dedicere quemquam. ad obsequium non pigri.
ad orationem parati. in humilitate perfecti. in obedientia pre
cincti. in uigiliis constantes. in ieiuniis hilares. Nullus
se iustiorem ab alio arbitretur. sed unusquisque ab omnibus se in
feriorem contempnat. quia qui se exaltat humiliabitur. et qui
se humiliat exaltabitur. Preceptum senioris ut salutem
suscipias. non murmurando ulla opera facias. non respon
sionem contra preceptum usurpes. non te extollas. aut mag
nifices aliquam utilem fecisses operam. non in adquirendo aliquid
lucri congaudeas. nec in dampno contristes. nec te fami
liaritas ulla ad sclm trahat. sed tota dilectio uestra incel
lula demoretur. Cellam ut paradysum habeas. fratres tuos spiri
tales. uterinos confidas. parentes. Prepositum monasterii
timeas ut dm. diligas ut parentem. Similiter quoque et omnes
oportet fratres diligere. cum quibus etiam te confidas uidere. in
gloria xpi. Non oderis laboriosa opera. ocium quoque non secteris.
in uigiliis confectus. in opere iusto madefactus. ambulesque
dormitans. lassum ad stratum uenias. cum xpo requiescere
te credas. cursum quoque monasterii super omnia diligas.
Qui uero sepius orare uoluerit uberiorem inuenit miseriam xpi.
matutinumque dictum ita meditem habeant fratres usque ad horam